



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 12. Congressus Pictaviensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. Ecclesiæ suæ terras plerasque oppigno-
A. C. 1307. ravit, quin etiam nonnullas vendidit.

Ibid. 1307.

Rayn. 1307.
n. 26.

Hac de re ac insuper de mercatu sacrilego contemptuque supremæ Sedis apud Papam Clementem accusatus est a Clero suo: nam appellentem summum tribunal Alexandrum ad S. Matthæi prope Treviros Abbatem ejecerat ex ipsius cœnobio, aliumque in ejus locum intruserat.

Papa hoc de argumento scribens literas ajebat: Delicta Præsulum, qui Ordini sacro dederunt nomen, gravius nos commovent, propterea quod vitæ, quam hoc in statu duxere, arctius eos adstringat ad præbenda exempla bona. Infirmabat omnia contra Abbatem Alexandrum post hujus provocationem a Diethero facta; & præcipiebat, ut Epternacensis ac Luxemburgicus Abbates Trevirensis dioceseos, atque Leodiensis Ecclesiæ Præpositus Archiepiscopum citarent ad Romanam curiam tres intra menses adeundam. Dabat Pictavii 4 Jun. 1307. Citatus est Dietherus: sed ante præstitutum tempus ægrotans, 23 Nov. eodem anno decessit.

Trith. ibid.

§. XII.

Congressus Pictaviensis.

Sub Pentecosten, quæ hoc anno 1307
 in quartam decimam Maji incidit,
 Rex

Rex Philippus petebat Pictavium cum ^{Sæcul. XIV.}
 Papa Clemente locuturus. Comitaban- ^{A.C. 1307.}
 tur illum sui quatuor filii, Ludovicus, ^{C. Nang.}
 Philippus, Carolus, ac Robertus, sui duo ^{p. 624.}
 fratres Carolus Valesius & Ludovicus ^{Jo. Villani}
 Ebroicensis, multique Proceres. Ro- ^{l. 8. c. 91.}
 bertus Flandriæ Comes in eandem ur- ^{Rayn. n. 8.}
 bem se contulit. Hoc cum Principe
 junctam a Rege pacem ibi confirmavit
 Papa, voluitque, ut Archiepiscopus Re-
 menfis, Episcopus Silvanectinus, & Ab-
 bas Dionysiopolitanus Comitem Rober-
 tum, cæterosque Flandriæ Optimates
 proscriberent, hanc si pactionem violarent.
 Diploma dabat 2 Junii.

Præcipuis e causis Pictaviensis collo- ^{Bal. l. p. 65.}
 quii erat confectio & confirmatio con- ^{Rayn. n. 9. 13.}
 ditionum pacis inter Franciam & An- ^{Nic. Trivet.}
 gliam; locumque habuit, tametsi Rex ^{p. 728.}
 Eduardus I obierat die Veneris 7 Julii
 anno 1307 ætatis 68, regiminis 34. Suc-
 cessit ei suus filius Eduardus II.

§. XIII.

Impugnatur memoria Bonifacii VIII.

Eo tempore, quo Clemens ob impossi- ^{Sup. lib. 90.}
 tionem coronæ pontificiæ Lugduni ^{§. 49.}
 erat, ex Rege Philippo audierat, arca- ^{J. Vill. l. 8.}
 nam petitionem, cui se facturum satis ^{c. 91.}
 jurasset summæ dignitatis obtinendæ
 gratia, consistere in eo, ut damnaret

Q q 3 me-